

325  
ligionem, aliasq; plurimas *sectas* intercedit. Cum enim vos tam audacter in nostram religionem tot criminationes & lædorias effundatis, imo totum calumniarum cumulum coacervetis, coacervatum foras exponatis, *Lutheranos* variarum hæresium in *Synod. Dordrac. Adm. Neost.* (Vid. *D. N. Hunn. in Neg. xē. Ver. de fundam. dissensu*) in *Confess. C. Zengerin. Palatin. Helvet. Edenburg. &c.* accusetis, & ob has exilio dignos esse judicetis *Benbellona de Godentis in suscitab. Tempest.* (sc. juxta illud, Ejice primum trabem ex oculo tuo) non potui intermittere, quia eadem mensura, quâ metimini, vobis metiar.

§. 2. Ut autem status controversiæ rectè intelligatur, præmonendum, ne non dicere *Calvinismum* esse *Arrianismum, Photinianismum &c.* sed ansam præbere, viam sternere, fenestram aperire, imo & portas (si terminum illum, quem *Doctores Adm. Neost. c. 3. p. 821.* nostræ affingunt religioni, retinere velimus) amplissimas, fundamenta ponere, transitum parare *Arr. Phot.* uti *D. Æ. Hunn. l. d. Trin. p. 36. præf.* rectè monet. Demonstrabo id ipsam sigillatim, & quidem non tantum è scriptis privatis, ne ansam conquerendi (quod probè tenent) iis præbeam, sed è publicis & communibus *Calvini, Beza, Zanchii, Piscat. Admon. Neost.* ab Ecclesia *Calvin.* approbatis in *Art. Remonstr. Dordr. p. 144 Masson. Anat. Univ. P. 1. c. 8. Syn. Dordr. Sess. 148 p. 317.*

§. 3. Viam aperire *Lutheranismum Arrianismo* dicunt *Heidelberg. Theol. in confess. A. 1592. p. 284. Adm. Neost. c. 8. p. 315. c. 10. p. 469.* quomodo & *Joseph. Grabius Bremensis D. Hunn. Arrianismi* accusavit, uti ipse met *l. c. p. 7* testatur, sed rectius *Lutherus* illud *Calvinianis* adscribit, dum in *Epist. Georg. Caselio Ecclesiast. Strasburg.* oblata, *Sacramentarios* dixit ob tumultus (Addo ego, ob doctrinam) *Arrianis* comparari posse. Probat id *D. Heilbrunner* (quem *Pareus* in *præf. sup. Expl. Cat. Ursini c. 4.* nimis falsè vocat *Heilbrunner*) in *Synops. doct. Calv. L. 2. p. 49. seq.* è *Lambert. Danco,* qui in *tr. contr. D. Andr. Lugdun. A. 1581 ed. p. 5 & 9.* *Symbolum Athanasianum* corrigere voluit, dum verba illa. *Est autem fides &c.* è *Symb. Ath. a D. Jacob. Andr. in disp. Witt. cit.* ita effert. *Non Dei Filius Deus & homo est, sed idem qui, Dei Filius est, & homo est, quod non est contra Ar-*  
*rianism*